



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis**

In duas partes distincta

Continens I. Viam Perfectionis. II. Castellum Animæ siue septem  
Mansiones. III. Exclamationes, vel Meditationes animæ ad Deum suum ...

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXVII.**

Caput XXXIII. Ostendit quam necessarium sit id nobis Dominum dare,  
quod in hisce orationis dominicæ verbis, Panem nostrum quotidianum da  
nobis hodie, ab eo petimus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37994**

S.  
Theresia

Opera

IN VI  
16

quid in te est, ecquid obsecro, dare & solvere possumus, nos quæ (ut dicitur) nihil habemus quod demus, nisi id ante recipiamus; nisi forte ut nos ipsas cognoscamus, & hoc quod per gratiam eius facere possumus (videlicet voluntatem nostram illi resignare) quam perfectissimè & absolutissimè faciamus? Cetera namque omnia sunt animæ, quam Dominus hunc statum cõduxit, non nisi impedimento, ac semper ei damnatum, tum verò commodum aut lucrum afferunt.

*Quoniam  
humilitas  
solum hic  
profit.*

De illa porro loquor anima, quam sibi per vnionem contemplationemque perfectam coniungere Dominus dignatus est: namque humilitas aliquid hic potest, & quidem humilitas non tam per intellectum, quam per liquidissimam veritatem obtinetur, quæ vno in momento comprehendit quod imaginatio sese fatigat, longo tempore comprehendere non posset, quantum scilicet spectat ad magnum illud. Nihil quod nos sumus, & magnum illud Omne quod Deus est. Vnum vos hic moneo; nolite putare, vos huc aut viribus velut aut diligentia, quacumque demum adhibeatis, posse peringere, quæ casum eam adhibebitis, imò, si antea deuotionem habueritis, tandem ad ea manebitis; verum magna cum simplicitate & humilitate, namque nihil non euincit) dicere debetis, *Fiat voluntas tua.*

*Viribus  
proprijs ad  
contempla  
tionem ani  
ma non per  
ueniet.*

CAPVT XXXIII.

OSTENDIT, QUAM NECESSARIVM NOBIS SIT, ut  
nobis Dominum dare quod in hisce orationis Dominica ver  
bis, Panem nostrum quotidianum  
da nobis hodie, ab eo  
petimus.

SCiens ergo bonus IESVS, quemadmodum supra dixi, quod difficile & graue esset, quod nomine nostro offert Patri, in mirum quoque nostram (quæ in causa est ut scire nos nescire flagamus, quæ nam voluntas Domini sit) perspectam habens; pro ea qua erat partem aliquo nobis ad hoc remedio & adminiculo opus esse videbat, vnde Patrem æternum rogat, ut supremum & super substantialem hunc panem nobis donet. Videbat enim minimè nobis expedire, ut, quod iam datum erat, quasi non datum duceremus (in eo namque omne nunc bonum ac lucrum consistit) sine hoc verò adminiculo & fauore implere, nimis quam difficile nobis futurum esse videbat. Si enim ac delicijs in nutritio dicas, voluntatem Dei esse, ut mensa moderata utatur, quo alijs qui præ fame propè emoriuntur, panis saltem ad

*Dives men  
sam suam  
defraudare  
non vult, ut  
des indigen  
sibus.*

dum suppetat; statim is sexcenta ad hoc non nisi iuxta intentionem & mentem tuam intelligendum, argumenta depromet. Si detractori & maleuolo dicas, voluntatem Dei esse, ut tam bene proximo velit & faueat, quam sibi ipsi; nullatenus id æquanimiter accipere, nullique ad hoc intelligendum & comprehendendum rationibus induci potest. Denique si Religioso libertari & delicijs assueto dicas, operam illum dare debere, ut bono omnibus exemplo praluceat, atque considerare, non audis verbis adimplere se debere aut posse, quod hocce verbo dicit; verum ad hoc iuramento & promissis se obstrictum esse, voluntatemque Dei esse, ut vota sua impleat, ac grauissimè contra illa peccare se consideret, si cuiquam scandalo fuerit, esto etiam penitus ea non transgrediatur aut violet; adhuc, promississe illum paupertatem, ac proinde curare debere, ut eam integrè sine anfractibus ac duplicitate obseruet; hoc namq; Dominum velle. Hac si illis dixeris, operam & oleũ perdes; imo ne id quidem efficias, ut saltem aliqui ideo bona proposita & desideria concipiant, quid ergo esset, si Dominus per adminiculum hoc & remedium quod adhibuit, potissimam operis partem per se non fecisset? nimis quam pauci sane fuissent, qui verbum illud, quod nostro nomine Patri suo dixit, *Fiat voluntas tua*, adimplerent. Benignissimus ergo Iesus necessitatem hanc videns, admirabile quoddam adminiculum & remedium quaesivit, in quo extremum suũ, quo nos prosequitur, amorem patefecit, & tum suo, tum fratrum suorum nomine, hanc Patri petitionem fecit: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie Domine.*

Per amorem eiusdem Dei vos obsecro, carissimæ, ut id quod benivolus præceptor noster hic petit, bene intelligamus: in eo namque vita & salus nostra sita est, si id obiter & festinanter non percurramus. Magni quoque id facere nolitis quod ei dedistis, cum tam multa pro eo receptura sitis. Videtur porro mihi (saluo melius sentientium iudicio) benignissimus Redemptor Iesus, cum vidisset quid quantumque nostro nomine Patri suo dedisset, & quãtũ id nostra referret dari, simul etiã quã id difficile (vix ante ostensum est) foret, eo quod eius naturæ & conditionis sumus, in res terrenas ita affectu toto propendemus, tamque in amando frigidũ, nec non pusillanimes sumus, ut ipsius nos amorem inspicere oporteret, quo per eundem ipsi excitaremur, idque non semel sed quotidie; idcirco statuisse semper apud nos hic manere, at, quia id tam difficile, graue, tantique momenti negotium erat, hinc illud à Patris æterni manu voluit proficisci. esto enim ambo vnum quid sint, sciretque quod ipse in terra faceret, hoc Deũ in cælo facturũ, & approbaturũ (cum eius & Patris sui voluntas & velle vnũ sint); tanta tamen boni lesa erat (in quantum homo) humilitas, ut ad hoc faciendum facultatem

*Pauci vota sua adimplerent nisi Dominus potissimus fecisset.*

*Dominus nostram infirmitatem sciens semper apud nos manere velint.*

tem

S.  
Theresia

Opera  
N. VI  
16

tem quodammodo ab eo petere voluerit, esto & se à Patre diligi. Quae ex se delectationem capere sciret. Sacti intelligebat scilicet amari. Quod se in hac petitione postulare, quam in superiore perierat: non enim quod mortis genus sibi aduersarij illaturi essent & quas esset, olim commelias, & illusiones passurus.

Ecquis Pater, Domine mi, foret, qui, postquam filium suum dedit (& talem quidem filium) videns illum, deinde tam inhumane inmaniter à nobis, haberi, eum nihilominus apud nos manere paratur, quo nouas iniurias & persecutiones subiret? Nullus sane pater, Domine, id faceret praeterquam tuus: nostri quippe, à quo isthuc petas. Tu autem gentem amorem filij, & non minorem patris! porro, in benignissimo tu aded hunc non miror. Cum enim iam antea dixisset, factum esse non poterat, pro eo atque est, id ipsum opere non adimplere: non enim illum non esse sicut nos sumus. Sciens ergo, se Patris sui voluntati adimplere nos sicut semetipsū amādo, hinc modū aliquē exquisiuit ut huius perfectius, ramenti maiore suo cū impendio adimplendo. Sed modo tu, Pater aeternae, illud permittere voluisti? cur filium tuum cotidie tam sceleratis manibus contrectatum videre vis, cum iam sciam lum in eas incidere volueris, & hoc ipsum permiseris? Iam vides, patris cum modis habuerint: quomodo ergo pietas tua ferre & videre test, tales ei quotidie iniurias irrogari? quam enim multas ei hodie in sanctissimo hoc Sacramento irrogari verisimile est: ah, in quam multarum inimicorum suorum manibus Pater caelestis eum versari videt? Quam iam multas haeretici huius aui in eum indignitates admittunt? Quam potest, Pater aeternae, talem ut petitionem exaudias, & petita amonere, li, quaeso, illius amorem respicere: modò enim ipse perfectè tuam adimpleat voluntatem, nobisque profit, quotidie se in frustra concedi petent. Tuum est, Domine, ad hoc reflectere, cum nulla sibi ipse in re parum nullamque difficultatem subterfugiat: an omnia & singula vestra eius parari debent dispendio & sumptibus? cur ad singulas iniurias & dissimulat: ne quaquam pro seipso, at solum pro nobis & nostra loquetur: nullus ergo amantissimi & suauissimi huius Agni patris defensorum ager?

Animaduerti & notavi, eum in hac sola petitione verba dupliciter eum primò dicat & petat, Panem hunc nostrum quotidianum da nobis: et replicandoque addat, da nobis hodie Domine. Perinde ac si ei dicitur. Quandoquidem iam eum semel nobis dedit, par esse ut eum nobis nullo non auferat, quoad usque mundus esse definat, sibi que eum cotidie seruire & offerri sinat. Hoc cor vestrum liquefacere, carissimi meo, & maiorem in eo affectum ciere debet, ad sponsum vestrum diligendum.

*Amor magis in Deo patris tui filij quod ipse nobis est in Ven. Sacramento manere voluerit.*

*Iniurias multas Domini in Ven. Sacramento patris tui Christi in genus humanum amoy.*

Ius in mundo seruus aut mancipium est, qui libenter se seruum dicat; humilis autem Iesus id sibi nomen honori ducere videtur. Quàm multum, ô Pater æternæ, hæc eius humilitas promeretur! quoniam filium tuum thesaurò emimus? Iam tum scimus, triginta illum denarijs semel venditum fuisse; at, vt ematur, nullum pretium sufficiens est. Vide-  
*Dominus nobis se assimilat.*

## CAPVT XXXIV.

EAMDEM PROSEQVITVR MATERIAM; VSVI HAEC  
*documenta esse poterunt, post sacram communionem iam sumptam.*

Hæc ergo petitio, qua panem quotidianum petimus, in perpetuum videtur extendi. Mecum ipsa subinde perpendi, cur, cum Dominus semel dixisset, *Quotidianum*, rursus addat, *Da nobis hodie*. Meam hic ineptiam fatuitatemque vobis declarare volo; quæsi talis sit, vt talem etiam eam reputare; nam certè nimis quàm magna fatuitas est, hinc me immiscere. *Quotidianum* ergo hoc mihi in sensu accipi debere videtur; quandoquidem eum hinc in terra possidemus, fore vt & in cælo postea eum possideamus, si modò ex eius contubernio lucrum facere nouerimus. nulla enim alia de causa, quàm vt nos iuuet, animet, sustentet, quò eam, quam in nobis voluntatem diximus adimpleri faciamus, apud nos & nobiscum manere voluit. *Hodie* verò non nisi de vno intelligitur die, quamdiu scilicet mundus hic durabit, nec ad vltius tempus referatur. Reprobis sanè qui damnantur, verè non nisi vna dies est; in alia enim vita eo bono frui non poterunt. Si se superari sinant, Domino culpa ascribenda non est: etenim ipse, ad vsque conflictus finem, numquam ab animo illis addendo cessabit. vnde non erit, quo aut se excusent, aut Patrem æternum accusent, quòd tum, cum eo magis indigebant, id ipsis abstulerit. Vnde filius ei ait, cum, non nisi vnus sit dies, hunc se iam inter suos, & cum amicis transigere sinat, tamen non nullorum improborum calumnijs & iniurijs expositum: & quoniam Maiestas eius ipsam nobis iam dedit, & in hunc mundum è solo suo beneplacito,  
*S. M. Teresa Opera.* q *volun-*

*Quid sibi  
 velit quoti-  
 dianum.*